76. Objectio 2. beatitudo est perfecta quietatio ad Deo: atqui
non est perfectior quietatio, quam si quietaretur voluntas et intellectus
simul, adeoque perfectior utrique potentiae erit amori: ergo beatitudo in utroque
debet consistere. R. 1. neg. M. non absolute, quando beatitudo non consistit
in perfectissima quietatione, alias deberet consistere in unione hypostatica.
2. dist. M. beatitudo debet consistere in perfecta quietatione in linea as-
secutionis con. M. debet consistere in perfecta quietatione absolute neg. M.
licet ergo quietatio voluntatis addat aliquam quietationem non tamen addit
in linea assecutionis, sed in linea assecutionis est quietationem supponit,
adeoque perfectior quidem quietatio oritur ex utroque actu, non tamen perfectior
assecutio.

77. Objectio 3. beatitudo formalis debet beatum plene satiare: atqui
sola visio non plene satiat. Pr. m. beatus est satiabilis non tantum secundum
intellectum, sed etiam secundum voluntatem: atqui visio non potest satiare beatum
secundum voluntatem, sed tantum secundum intellectum: ergo requiritur aliquid aliud vo-
luntatis, per quod satietur voluntas. R. 1. dist. M. beatitudo formalis
secundum esse metaphysicum debet plene satiare beatum con. M. debet plene sa-
tiare secundum esse physicum neg. M. dist. m. visio non plene satiat secundum
esse metaphysicum neg. m. physicum con. m. et dist. conseq. quod beatitudo formalis metaphysice ab
actu spectata plene satiet non omnia satiabilia est beatus, licet
sit ultra satiabilis sic physice spectata, ubi adhuc sunt appetere alia
quae spectat beatitudinem formalem. R. 2do dist. M. beatitudo formalis debet beatum
plene satiare in linea assecutionis con. M. in alia linea extranea
neg. M. dist. m. sed visio non plene satiat in omni linea extranea et
accidentali con. m. in linea assecutionis. et cali beatitudinis metaphysice
spectatae neg. h. et consq. 3. dist. M. beatitudo formalis debet plene satiare
beatum intensive con. M. extensive neg. M. sic dist. min. neg. cons.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII66/0086
gefördert durch Baden-Württemberg